



Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

§. I. Quæsitum est. I. An hi regulares sint exempti? an obedire teneantur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

RESPONSA

ordinibus in prouisione nihil de-
trahatur, aliás ea subreptitia cen-
seatur: & s. 22. c. 4. vt iusto impe-
dimento cessante, intra annum or-
dines prouisus suscipiat, sub pœnis
Concilij Viennensis; atque etiam
irritæ prouisionis: tamen Conc.

3.
Nil muta-
tum est in
collegiatis.

Trid. loquitur de præbendis sim-
pliciter affectis; non autem in
collegiatis derogat affectionibus
conditionatis, modum aliquem,
aut moram temporis admittentibus.
vt est hic ambexio ordinum,
non simpliciter suscipiendorum
intra tempus iuri; sed demum
intra annum cœsurum post ceptam
primam residentium, & quam-
quam d. c. 4. s. 22. loquatur etiam
in Ecclesiis collegiatis: & d. c. 5.
s. 25. generaliter de affectis iam
ante: tamen d. c. 12. s. in omnibus
s. 24. affectos quidem deinceps esse
voluit canonicatus aliquo facro
ordine; sed exinde delignando:
sed & diserte loquitur tantum in
Cathedralibus; adeoque in colle-
giatis antea non affectis canonica-
tibus obtinet c. 6. s. 23. vt ab anno
ætatis 14. possint obtineri, nec ad
vlos ordines prouiri teneantur de
iure; aut in vim Concilij Trident.
obligari possint: affectum etiam
conditiones aut admittentium in-
stituta, in collegiatis Concilium
non absculit, aut in absolutos, aut
simplices mutauit, quia vnius ex-
prefatio est alterius exclusio: c. non-
ne. X. de presump. c. qualis. d. 25. nec
priùs ius corrigitur, nisi posterius
diserte exprimat. c. statut. de elect. in
6. s. sanctius c. de testam.

Dicendum est igitur à Concilio
Trid. statutum huusmodi in Ec-
clesia collegiata non esse muta-
tum, & prouisum ad ordinem an-
nexum non magis hodie, quam o-
lim, teneri ante residentiam. sed
per indirectum aliquid mutatum
dici potest per idem Conc. Trid. s.
24 c. 12. s. præterea, quo hodie sublata
sunt statuta & consuetudines resi-
dentiā laxantes: vt sic residen-
tiā incipientes incipiāt annum

4.
Nisi per in-
directum ex
consequen-
tia impera-
tive residen-
tiā

in quo ad ordines debeant promo-
ueri, quid de Cathedralibus Ecclæ-
siis huiusmodi statuta habentibus
æstimandum sit, diximus ref. 1. de
Institut.

De majoritate & obedientia

RESPONSVM I.

De exemptione ordinis S. Sal-
uatoris, & in quibusdam
subiectione.

Ordinarius Regularibus his
præcipit, vt ordinationes
tuas recipiant, & obseruent: illi
exemptos se esse ab illius legibus
respondent: & in Additione ita
gule. ar. 50. diserte declaratum est,
à diccefanis non posse eis prefar-
bi statuta, & ordinationes: expe-
se religione prohiberi, ne eis re-
cipiant, & à regula recedant: cui
consoner c. luminoso in V. mū-
quam ordinationem. 18. q. 2. man-
dat ille vt recipiant, obseruent
que, sine exceptione super regu-
la, nî pareant, minatur interdi-
ctum; & non parentibus infig.

S. I.

Quæsumus est I.

AN sint exempti? an obedi-
t natur? Magnum est Apolo-
li Petri præceptum, obedit pro-
ficiens: sed tamen non ait, quibus ap-
petit; sed vestris. Vid. Innoc. III. inc. 20.
solit. X. de maiorit. D. Tho. 2. 2. q. 13.
Vnde & ei, qui vel superior non
est simpliciter, vel quā in respo-
nior non est, sine crimine negatur
obedientia. & è contrario grane
peccatum est usurpare iurisdictio-
nem sibi non competentem, & in-
dicia peregrina. c. peregrina. 3. q. 4. secundum
nullus, inquit Calixtus, c. nullus p. q. 2.
alterius terminos usurpet, nec alterius
parte

parochianum indicare, vel excommuni-
care audeat per alienam, inquit Gre-
gorius c.1. caps.6. q.3. mostem transiens
falsum mittere non debet. falsum ergo
iudicij non potest mittere in eam sepe-
tem, que alteri videtur esse commis-
sa.

Monasteria quidem omnia Epi-
scopo subsunt: c. monasteria 2. q.3.
nisi doceantur exempta. c. cum dile-
ctus. X. de relig. dom. vbi censura E-
piscopi declarantur irrita, si aut
regulares doceantur esse exempti,

aut ad Sedem Apostolicam appelle-
lasse. at hic tabulae erectionis tri-
bunt libertates, immunitates, &
exemptionem Ordini S. Salvatoris
competentes; adeoque illæ tan-
quam relatae omnimodo infunt re-
ferenti, l. afferato. D. de hæc. insit.
Ordini autem concessæ sunt tam
amplis, multis, ac claris verbis,
iisque ferè omnibus, quorum sin-
gulis illam energiam tribuit c. si
papa de priuileg. in o. vt nullus cau-
lus sufficiat illis negandis, quibus
sancto integrè leatis, iudicio Cel-
si in l. 24. D. de legib. incivilis fuerit,
qui quipiam responderit. & id si
hic faceret pars vtraque, neque
totum, neque nihil Ordinario de-
beri facilè intelligeret; modò &
cæcutiens affectus abesset. eoque
Episcopo Ambianensi priuilegium
controvenerenti respondit Pontifex
in capro. X. de priuileg. inspice, & secun-
dum quod inueniri, ita obfrues. Priu-
ilegia, inquit Leo Papa, Mariano Au-
gusto Ecclesiarum & monasteriorum,
Sanctorum patrum autoritate institu-
ta, nulla debet improbitate connelli, nulla
nouitate mutari. c. priuilegia 25. q. 2.

Priuilegium ergo Ordini con-
cessæ exemptionis liquidum est:
sed haber exceptionem hanc: per
predicatum autem, aut aliquod corundem,
inquit, non intelligatur aut posse in ali-
quo derogari Capitulo d. regule, & ordi-
nis S. Salvatoris prefati, per quod di-
sponitur, quod diaconium sit pater, &
Index in omnibus casibus & causis, foro-
res & fratres d. ordinis tangentibus; &
visitator monasteriorum, & locorum

prefatorum; & procurator ad hoc, ut
huiusmodi regula in omnibus seruetur:
salus tamen declarationibus, modifica-
tionibus, & limitationibus, & ordina-
tionibus infra scriptis, de modo visi-
tationis diocesanorum tractanti-
bus atque disponentibus.

Allud autem capitulum Regulæ
est vigesimum sextum, & ita ha-
bet; Episcopus in cuius diaœcesi mona-
sterium est, erit tam sororum quam
fratrum pater. & visitator, nec non &
Tudex in omnibus causis, seu casibus, fra-
tres aut sorores tangentibus ipsum deni-
que oportet continue sollicitum & dili-
gentem speculatorum esse, si regula in
omnibus punctis obseruetur, ne contingat
ipsius salubria statuta ab aliquibus
sororum aut fratrum parviperdi. Prin-
cipes regni seu terra, in quo est mona-
sterium erit eis responsalis, & defensor in
omnibus necessitatibus: Papa vero super
utrumque scilicet Principem terræ, &
Episcopum, erit eorum tutor charita-
tius, si ciuius adiutorium postulauerint,
necessitate aliqua compellente.

Modificationes autem, declara-
tiones & limitationes d.c. 26. mul-
timodæ ibidem proponuntur; sed
quæ ad rem præsentem faciat in-
primis hæc; Ceterum prohibemus, ne
qui diaconi aut alij antisites, qui ex
forma regule S. Salvatoris, aut præsen-
tium constitutionum huiusmodi mo-
nasteria visitarint, possint & valeant
vigore offici huiusmodi visitationis, vel
quacumque alia causa correctiones facere
de personis utriusque sexus, quos visita-
rint, aut eis paenitentias aut paenæ ali-
quæ in iungere, nisi solum & dumtaxat
in monasterio & locis huiusmodi que
visitauerunt, & eas correctiones, paen-
tentias, vel paenæ exequendas com-
mittere teneantur, & debeant Abbatis-
sis, Confessoribus, aut errisque conuen-
tibus, si commode per Abbatissas & con-
fessores fieri requirent, & per nullos a-
lios possint tales correctiones, & paenite-
nies, sive paenæ, executioni mandari, qui
diaconi nullam habeant aut exercere
possint iurisdictionem, aut potestatem
in monasterio & locis, atque personis
ordinis prefati, nisi circa correctiones &

emen-

RESPONSA

22

emendationes excessuum & transgredio-
nes regulares, que per huiusmodi perso-
nas fierent.

Hanc clausulam exemptionis
huius domus examinavimus in
Consult. can. de priuile. conf. 3. De illa ergo
exceptione, & capite 26. Regu-
laeab exemptione referuato qui
respōdet, primō meminisse debet,
vt posteriores leges abrogare, de-
rogarēt prioribus. l. 102. D. de verb.
signi. ita & de his quae primō consti-
tuuntur, aut interpretatione, aut
constitutione Principis certius statuit: l. 11. D. de leg. adeoque ficuti
qui falsas constitutiones allegat, obli-
gatorū poena falsi; l. 24. D. ad
leg. Cornel. de falf. sic in eandemque
incident qui citat leges abrogatas.
l. vñ. 6. tunc igitur. C. de Codic. Iusti-
nian. confirmand. l. maiorem. C. ad legem
Corn. de falf. & ubique DD.

^{10.}
Vt illud ex-
aminan-
dum?

^{11.}
Secundūm
varia-
tio-
nem tem-
porum, &
constitutio-
num.

12.
Secundūm
to-
tum tenorē: d. l. 24. d. c. porrō. adeoq;
& hæc exceptio secundūm omnes
modifications; & regula priorē
que constitutiones iuxta posteriores
privilegiarias accipiuntur, &
allegentur oportet.

13.
Quod ed magis h̄c dicendum
est, quod in eo ipso c. 26. iubantur
inquiri aliqui, inquit, deuoti fra-
tres de regulis Benedicti vel Bernardi,
qui huic regule inscribant (addant) quo-
modo excessus emendandi sunt, & qua-
liter visitabili Episcopūs, & omnia alia
necessaria, que in his verbis non nar-
rantur, ad huius regule roborationem
assumantur de regula supradictis. In-
quisitionem huiusmodi, fratrum
inscriptions, seu additiones factas
esse dubitandum non est; & ex illis
natas constitutiones, & bullas Or-
dini concessas; (vt singulatim ad id
assumptus dicitur Petrus de Alua-
stro Cisterciensis) & has, vnde-
cumque sint natae, earumque in-
terpretationes, concessiones, re-
strictiones, modifications, seu
declarationes Apostolicas esse fer-
uandas: & d. c. 26. regulæ non ali-
ter, quam sub illarum præscripto.

Adeoque heteroclitā quidem
admodum est hæc exemptio; nec
scio an in alio ordine similem re-
perias. non minus quam hetero-
clita iurisdictio à d. c. 26. referuata, &
modificata, sed sicut gene-
ratim multi sunt casus cessantes cu-
iuscumque exemptionis, vel per
veteres canones, vel per Conci-
lium Trident. Gregorij XV. confi-
incip. inscrutabilis, vel alias extra-
uagantes; vt illos indicamus in
Iur. Pont. an. tit. de priuile. nece-
samen illi impediunt, quo minus
alij ordines dicantur exempti: sic
neque nominationem hanc per d.
c. 26. impediri dicendum est, dum
ita nominant Pontifices, exem-
ptionemque re ipsa concedunt, d.
cap. 26. refringunt, & modificant,
vt suprà retulimus. vt denominatio
sumatur à maiori parte, seu regu-
la; non à minori, aut exceptione
manet tamen, ut diximus, præ
cæteras heteroclitā valde hæc ex-
emptio, tam quoad d. c. 26. quam
etiam c. 14. Regulæ: quo electus
Confessor generalis à decelimo
accipit ligandi & foluendi po-
statem, & corrigendi: quam vt
iure det, quasi præsupponitur ipse
habere. c. nemo, de reg. sur. n. 6. scđ
eodem confirmatur: & confi-
matio non nisi à superiore solet fieri. c. nihil. c. cum monasterium, c. con-
dicētus X. deelec̄t. c. 2. X. de translat. Epif.
c. fin. d. 64. & ibi DD.

§. II.

Q Vis igitur erit d. c. 26. (quod
suprà retulimus) & horum
verborum pater, visitator, & iudex
sensus?

Improprium esse sensum
tò dixeris, si conferas cum aliis d.
c. 26. verbis, quibus Princeps plu-
træ illorum dicitur responsali; &
Papa tutor charitatiuus. Responsalis
in decretalibus s̄apè legitur pro
procuratore, syndico, agente: tu-
tor charitatiuus in iure non ita no-
tus est: metaphoricus ergo horum
verbis.